

Andreas Krziczki, Petro Tomiczki ar:
chidiacono Cracoviensi.

Venerabilis domine avuncule mi honorandis-
sime. Quod dominationi vestra iam diu ni-
hil scripserim, occupatus fui febre plusculum,
sed haec vetus militia est mea, itaque iam oc-
calui. Accepi à domino Tarnowski literas do-
minationis vestrae, ex quibus intellexi eandem
bene valere, id quod mihi magnam attulit
consolationem. Non credat dominatio vestra
me ridere debere, si eam arma tractantem
viderem, quoniam et Pallas ipsa armata
perhibetur, et dominatio vestra singulari quo-
dam naturae beneficio cuius studio satis-
facere semper mihi videbatur. Sed de his.

Domini mei de Schidlowicz dignati sunt
etiam mihi scribere, quibus de tanta gra-
tia immortales et ago et habeo gratias.
Scribere earum dominationibus nunc et ne-
gotiis domini arduis, et celeritate nunctii
praeventus non possum. Itaque rogo, domi-
natio vestra me sedulo expurgare dignetur,
quoniam ego servus eorum sum deditissis-
simus, non pratermittam quin scribam pos-
tea usque ad fastidium. Et valeat optime
dominatio vestra, cui me valde commendo.
Ex Posnania die 10. Octobris anno Domini 1507.

Chambre ...

Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.